

## SANCTI FARONIS CHARTÆ.

(Ex Brequigny, Diplomata, Chartæ, Leges.)

## I.

*a qua privilegia concedit Eboriacensi monasterio (ann. 610).*

gratia Dei, Ecclesiæ Meldensis episcopus, ex  
 imis parentibus Agnerico et Leodegunda pro-  
 , pacem optat omnibus in Christi Ecclesia  
 tibus. Notum sit cunctis sanctæ Ecclesiæ  
 i nunc sunt, et qui futuri sunt, quod germani  
 roaldus et Walbertus, simul cum Fara rell-  
 rorere, monasterium quoddam, quod Eboria-  
 itatur, edificaverunt, quod in honorem matris  
 et Salvatoris nostri Jesu Christi construend-  
 deducendum censuerunt: in quo loco beatis-  
 oror mea multis Deo dicatis virginibus præ-  
 : Domino Jesu Christo pura cordis contritione  
 ) tempore deservivit; et quia sprevit gloriam  
 i dignitatis, mercedem percipere meruit æter-  
 statis, noluitque terrenum, ut cœlestem posse-  
 bere, sponsum. Supradicto vero monasterio  
 beata virgo contulit, propriisque possessioni-  
 xatissime locum ampliavit; eo in tantum pro-  
 tavit redditibus, ut ibidem abbatia foret, cæ-  
 e monialibus abbatissa sub norma regulari  
 præset. Rogatu vero ipsius, ego, Faro epi-  
 , cum cæteris provincialibus coepiscopis, ad  
 supradictum devenimus, copiosamque turham  
 : Deo collatam utriusque ordinis inibi aggre-  
 a decrevimus, in cujus audientiam de rebus  
 leri ita diligentissime et discretissime tracta-  
 ut, omni ablata potestatis molestia, fominæ  
 l serviendum Deo de diversis provinciis con-  
 ut, propositum suum in omni sanctitatis custo-  
 xerent, ac Deo honorifice deservirent. Consilio  
 t auctoritate omnium, in nostram nobilitatem  
 rntatem monasterium illud fore adjudicavimus,  
 l episcopo vel archidiacono, aut alicui prælato  
 s in Meldensi Ecclesia successurus est, sit  
 : jugum excommunicationis super eundem im-  
 : locum, nec super presbyterum qui curam ab  
 po tenet, nec super clericos qui in ipso loco

Ita in Historia Ecclesiæ Meldensis a Tussano  
 o, t. I, pag. 720, qui ipsam eruit ex archivo  
 terii Eboriacensis, nunc sanctæ Faræ, ubi aha  
 ha servari dicebatur, sigillo pendenti munita.  
 ariorum letum esse pluribus argumentis Ples-  
 monstravit; quorum principia satis sit huc  
 D : 1° Tempore quo charta confecta fuit,  
 idetur fato functa ex ipso contextu, quæ tamen  
 : subscribit; 2° Juxta notas chronologicas scri-  
 t charta anno Christi 610, quo Faro Meldensem  
 pam dicere se non potuit, cum non nisi anno  
 eldensis Ecclesiæ infulus assecutus fuerit, ut  
 Nova Gall. Christ. t. VIII, col. 4600; 3° Note  
 logicæ sumuntur ex regno Clotarii, patris Da-  
 i, cum ex regno Theodeberti sumi debuissent,

A viderint deservire. De parochianis vero ipsius villæ  
 hæc eadem constituimus. Peccantibus vero clericis  
 ita ordinamus, ut nequaquam ante episcopum vel  
 clericos civitatis veniant, sed in proprio capitulo,  
 ante abbatissam, vel illos quos ipsa adjudicaverit,  
 satisfaciant. De censu vero quem ceteræ ecclesiæ  
 episcopo suo in usu debent, omnino liberum esse  
 censuimus. Si quis vero contra hanc definitionem  
 nostram supradicto monasterio infestus esse volue-  
 rit, sciat se damnandum æterna ultione, et detineri  
 irremediabiliter in nostra excommunicatione. Actum  
 est hoc et corroboratum in ecclesia sanctæ Mariæ  
 Eboriaci, anno Incarnationis dominicæ DCX, regnante  
 rege Chlotario, patre Dagoberti regis Franciæ. Ba-  
 tum hoc mense Novembri. — S. Childegarii, Seno-  
 nensis archiepiscopi. S. Faronis, præsulis. S. Aude-  
 berti, Parisiensis episcopi. S. Ragnegisli, Trecentis  
 episcopi. S. Leubrandi, archidiaconi Meldensis. S.  
 Alberici, archidiaconi Meldensis. S. Chagnulf, co-  
 mitis. S. Maurini, abbas. S. Chanoaldi. S. Walberti.  
 S. Lithomarii, abbas. S. Audoeni. S. Adonis. S.  
 Acharii, principis. S. Landelini. S. Dadonis. S. Gult.  
 S. Gondonii. S. Faræ, abbatissæ. S. Columbani,  
 Luxoviensis abbas. Bernardus, notarius, relegit et  
 subscripsit.

## II.

*Charta qua privilegia concedit Resbacensi monasterio<sup>b</sup> (ann. 636).*

Dominis sanctis, et summi calminis apice in pon-  
 tificalis cathedræ specula præsentibus, in Christo  
 C fratribus Meldicæ civitatis comprovincialibus, Chil-  
 degario, Palladio, Belthoaldo, Mallardo, Ragnegislio,  
 Audoeni, pontificibus, Burgundofaro supplex vester  
 in Domino præsumit mittere salutem. Licet nos an-  
 tiquæ regulæ constituta salubri observatione cus-  
 odiri conveniat, tamen utili provisione tractantes id  
 constituimus, ut quod sacris deliberationibus non  
 derogat, intrepida observatione servetur. Et quia  
 bonæ indolis illustris viri Dadonis referendarii reli-  
 giosa postulatio nostrarum quippe aurium intima

qui tunc apud Meldenses regnabat; 4° Episcopi fere  
 omnes quorum signa chartæ apposta sunt, nondum  
 ad episcopatum pervenerant. (Hist. Meldensis Eccl.  
 ubi supra, pag. 722); 5° Formulas septimo sæculo  
 ineunte insolitas nemo in hoc instrumento non agno-  
 verit. De his et de pluribus aliis falsi iudiciis videsis  
 Historiam Meldensis Ecclesiæ.

<sup>b</sup> Recrudimus ad fidem Plessæi, Hist. Eccl. Meld.  
 t. I, pag. 672, qui chartam hanc juris publici fecit,  
 ex apographis descriptam in archivo Resbacensi re-  
 conditis. Quædam censet, p. 48, in hoc instrumento  
 vitiosa aut temere intrusa, ut notavimus, in prolego-  
 menis; nec tamen ideo huic chartæ falsi notam inu-  
 rere præsumpsimus.

penetravit, quæ et viscerales pietatis affectu, ita cor intrinsecus caritatis suæ petitio mollivit, ut petita non concedere, aut arte libentissime non implere, nostri duntaxat animi irreligiosum fore putaretur. Sancti igitur desiderii ardore succensus pariter Dado et <sup>a</sup> Rado ejusque germani, cœnobii septa, et ad honorem sanctorum Petri et Pauli et cæterorum sanctorum basilicam intra eremi secreta, loco nuncupante Resbacis, construxerunt, quod gloriosissimi domini Dagoberti regis largitatis munere certi sunt meruisse, ubi monachos vel peregrinos sub regula beati Benedicti, et ad modum Luxoviensis monasterii, devoti deliberant collocare, nostræ utilitatis extremitati supplicii deprecationis petitione poposcerunt ut et nos fratresque nostri Meldensis Ecclesiæ proprium inibi deberemus privilegium impertire. Et <sup>B</sup> ne hoc nos proprii deliberationis instinctu sacerdotalis posteritas æstimet decrevisse, quum etiam sub hujus constitutionis norma Agaunensium locum, imoque et monasteria Lirinensium, Luxoviensium, vel basilica domini Marcelli, tam de inhabitatoribus libertatem, quam a quibuscumque ibidem aliquid delegatum, eatenus fuit sancitum. Unde insuper supplicationum exemplum patriarchæ Galliarum Canderici et cæterorum episcoporum manibus roboratum, vel <sup>b</sup> litteras antefati domini et filii nostri Dagoberti regis, ut id deberetur simili beneficio impertiri, manifeste accepimus. Ergo omnes unius conspirationis consensu, antedictorum virorum postulationi sanctæ religionis libentissime annuentes, ita ab omnibus decretum est, ut quidquid prædicti monasterii, vel <sup>C</sup> monachis ibidem sub evangelica religione viventibus, ab ipsis eorumque parentibus, vel regio munere seu a quibuslibet Christianis, in agris, mancipiis, ministerio, sacris voluminibus, vel quibuscumque speciebus quæ ad ornatum divini cultus pertinere nascitur, aut cæteris rebus, collata, aut deinceps collatura sunt, seu quod ad altare fuerit oblatum, ut ad quemcumque, Deo inspirante, transmissum, præsentis vitæ nostræ successorumque nostrorum, nullus sibi exinde aliquid clericorum aut pontificum, vel regalis sublimitas suis usibus usurpare aut minuere præsumat. Et quum abbas ejusdem monasterii de sæculo fuerit evocatus, quem unanimiter omnis congregatio illa monachorum ex semetipsis optime regulam comperitam elegerint, sibi seniores instituant. Et si etiam eis opportunum fuerit tabulas benedicere, aut chrismata consecrare, vel sacros ordines percipere, a quocumque spirituali pontifice decreverint, licentiam habeant expectandi et explicandi. Et ut superius æsti-

metur nullam potestatem in rebus, neque in ordinandis personis, nos vel archidiaconi successoresque nostri, vel qualibet persona habere debeat, aut aliquid de eodem monasterio, sicut de parochiis aut cæteris monasteriis, muneris aliquid audeat sperare vel auferre. Et nisi rogatus a congregatione ipsa vel abbate, nulli nostrorum liceat monasterii ipsius adire secreta aut ingredi septa. Et si ab eis illic pontifex postulatus pro lucranda oratione vel eorum utilitate accesserit, celebrato ac peracto divino ministerio, statim absque ullo requisito dono studeat habere regressum, quatenus monachi qui solitari nuncupantur, de perfecta quiete valeant, duce Domino, per tempora exsultare, et sub ipsa sancta regula viventes et beatissimorum Patrum vitam sectantes, pro statu Ecclesiæ et salute regis et patriæ valeant plenius Deum exorare. Et si aliquid ipsi monachi de eorum religione tepide egerint, secundum regulam ipsius beati Benedicti vel beati Columbani, ab eorum abbate corrigantur, quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid domesticis fidei pro quietis tranquillitate tribuitur. Quod si quis, caliditate aut cupiditate præventus, ausus fuerit ea quæ superius comprehensa temerario spiritu violare, divina ultione prostratus, reatus anathematis subiaceat; nihilominus etiam hoc privilegium nullus unquam possit convellere, sed presentii et futuro tempore, Christo Domino protegente, incorruptum valeat perdurare. Quam constitutionem nostram, ut firmis vigoribus subsistat, manus nostræ subscriptionibus roboratam, per fratres et conservos nostros venerabiles viros, Maurinum et Lathomarium abbates, perpetuis temporibus validuram, vobis vel cæteris episcopis destinavimus insuper confirmandam. Actum Clippaco, <sup>e</sup> sub die Kalendarum Martii, anno xv regni Domini et filii nostri Dagoberti gloriosi regis.

Burgundusfaro, in Christi nomine, indignus Meldensium urbis episcopus, huic privilegio, supplicatione fratrum meorum coepiscoporum vel domini Dagoberti regis, propria voluntate subscripsi. Candericus episcopus, Lugdunensis primas, subscripsi. Sindulphus, sive Landelinus, archiepiscopus sanctæ Ecclesiæ Viennensium, subscripsi. Donatus, episcopus urbis Vesontiensium, subscripsi. Albricus, Carnotensium urbis episcopus, subscripsi. Maurinus, Bellovacensis episcopus, subscripsi. Guido, Virduvensis episcopus, subscripsi. Aigatarius, Noviomensis episcopus, subscripsi. Ferreolus, Augustodunensis episcopus, subscripsi. Bertholdus, Lingonicæ urbis episcopus, subscripsi. Palladius, Altissiodorensis

<sup>a</sup> Radonis nomen expungendum arbitrantur Mabillonius et Plesæus, sed sola conjectura ex negativo argumento repetita opinionem suam tumentur.

<sup>b</sup> Diploma Dagoberti pro monasterio Resbacensi ordine suo edidimus.

<sup>c</sup> Concordat hæc nota chronologica cum diplomate Dagoberti, dato sub die Kalendarum Octobris anno 45 regni, mensibus septem ante emissam Burgundofaronis chartam. Hæc autem videtur data in episcopali synodo apud Clippiacum habita, ipsis Maii Ka-

lendis, in qua Agilus huic cœnobio prætecus fuit, ut docet Vita sancti Agili a Mabillonio vulgata, Act. SS. Bened. t. II, pag. 209. Hoc ipso anno Dagobertum apud Clippiacum resedisse testatur Fredegarus Chronicon, cap. 78, et expressis verbis docet bulla Martini papæ, privilegium Resbacensi monasterio a Burgundofarone et aliis plurimis episcopis concessum fuisse in sancta synodo, ac propriis manibus confirmatum. <sup>d</sup> M. rum ergo non est plurimis episcoporum subscriptionibus bullam hanc munitam fuisse

no, subscripti. Petruvinus, Vasionensis episcopus, subscripti. Marius, Tolonensis episcopus, subscripti. Protadius, episcopus civitatis Aquensium, subscripti. Amandus, episcopus, subscripti. Verus, civitatis episcopus, subscripti. Martinus, iensis episcopus, subscripti. Childegarius, astis episcopus, subscripti. Adeodatus, Mammis episcopus, subscripti. Audebertus, Pa-

risiacæ urbis episcopus, subscripti. Ailphus, Sanctonicæ urbis episcopus, subscripti. Magdegisilus, Turonicæ urbis episcopus, subscripti, Magmatius, Engolismensium episcopus, subscripti. Perichonius, Genesiensis episcopus, subscripti. Raynaldus, Niverdensium episcopus, subscripti. Asaneus, Suessionicæ urbis episcopus, subscripti. Et quam plures alii subscripserunt.

## APPENDIX.

## TESTAMENTUM BURGUNDOFARÆ,

IN GRATIAM MONASTERII EBORIANENSIS CONSCRIPTUM (AN. 632).

(Ex Brequigny, *ibid.*)

no quinto regnante domno Dagoberto rege Bermanos meos per legitimam divisionem ibidem visa sum accepisse, cum terris, domibus, mancipiis, vineis, pratis, aquis aquarumve decursibus, seu peculio, vel quocumque transitu, sancto monasterio et omni congregationi puellarum ejusdem Eboriacensis loci. In lege quoque Theodosiana<sup>c</sup> ut est insertum, sic trado, eo ut unusquisque de facultate laicali, qui filios non reliquerit, ad suos hæredes legitimos debeat deferre. Propterea dono, dulcissimis germanis meis faventibus, Chagnulfo Burgundofarone et Agnetrade, portionem meam de villa vocabulo Luvra, sitam in pago Parisiaco, cum atris, ædificiis, mancipiis, vineis, sylvis, pratis, aquis aquarumve decursibus, seu peculio vel quocumque transitu. Ad integrum vero casas, cum arvis, tam infra muros quam extra muros Meldicæ civitatis, portionem meam quam contra germanos meos accepi, prædicto monasterio Eboriaco habere cupio, Farinarium, vero, qui est super fluvium Maternum, ad pontem rapidum, ipsi monasterio habere cupio. Similiter alterum farinarium situm in Briegio, super fluviolum Alba, pro remedio animæ meæ, et ut nomen meum in libro vitæ sit insertum, ipsi monasterio dare volo. Et ut festi dies ante sanctum altare solemniter recolantur, dare volo vineas, id est pedeturas duas in Cavaniaco villa, in Kalense, quas contra germanum meum Chagnulfum in concambio visa sum accepisse, prædictæ basilicæ domnæ Mariæ et sancti Petri Eboriacensis monasterii. De mancipiis vero meis per quasque villas superius nominatas, quæque exinde per tabulas vel cartas conscripsi nomine ingenuitatis, liberi liberæve permaneant, cum omni eorum peculiari re concessa. Invoco Domini majestatem, ut post obitum meum intra legitimum temporis agonem, voluntas mea, secundum legem et consuetudinem loci ipsius, prosequente omnimodis propitio Domino, convalescat, scilicet, hoc quod pro animæ meæ remedio et peccatorum meorum absolutione tribuo, legibusque sit stabilitum, et legaliter consistat. Sane

no quinto regnante domno Dagoberto rege Bermanos meos per legitimam divisionem ibidem visa sum accepisse, cum terris, domibus, mancipiis, vineis, pratis, aquis aquarumve decursibus, seu peculio, vel quocumque transitu, sancto monasterio et omni congregationi puellarum ejusdem Eboriacensis loci. In lege quoque Theodosiana<sup>c</sup> ut est insertum, sic trado, eo ut unusquisque de facultate laicali, qui filios non reliquerit, ad suos hæredes legitimos debeat deferre. Propterea dono, dulcissimis germanis meis faventibus, Chagnulfo Burgundofarone et Agnetrade, portionem meam de villa vocabulo Luvra, sitam in pago Parisiaco, cum atris, ædificiis, mancipiis, vineis, sylvis, pratis, aquis aquarumve decursibus, seu peculio vel quocumque transitu. Ad integrum vero casas, cum arvis, tam infra muros quam extra muros Meldicæ civitatis, portionem meam quam contra germanos meos accepi, prædicto monasterio Eboriaco habere cupio, Farinarium, vero, qui est super fluvium Maternum, ad pontem rapidum, ipsi monasterio habere cupio. Similiter alterum farinarium situm in Briegio, super fluviolum Alba, pro remedio animæ meæ, et ut nomen meum in libro vitæ sit insertum, ipsi monasterio dare volo. Et ut festi dies ante sanctum altare solemniter recolantur, dare volo vineas, id est pedeturas duas in Cavaniaco villa, in Kalense, quas contra germanum meum Chagnulfum in concambio visa sum accepisse, prædictæ basilicæ domnæ Mariæ et sancti Petri Eboriacensis monasterii. De mancipiis vero meis per quasque villas superius nominatas, quæque exinde per tabulas vel cartas conscripsi nomine ingenuitatis, liberi liberæve permaneant, cum omni eorum peculiari re concessa. Invoco Domini majestatem, ut post obitum meum intra legitimum temporis agonem, voluntas mea, secundum legem et consuetudinem loci ipsius, prosequente omnimodis propitio Domino, convalescat, scilicet, hoc quod pro animæ meæ remedio et peccatorum meorum absolutione tribuo, legibusque sit stabilitum, et legaliter consistat. Sane

mus vulgavit Labbæus in *Miscell. curios.*, t. II, c. 6, ex originali. Recusum exstat in *Annual.* t. II, pag. 861, in *Nova Gallia Christ.*, t. VIII, col. 547, et in *Historia Ecclesiæ Meldensis* a D., t. II, pag. 1, depromptum ab omnibus ex monasterii Eboriacensis, quod postea sanctæ monasterium dictum fuit. Editionem Plessæi, novis curis institutam, sequimur. Qui vero in Labbæana contulerit, satis multas depre-discrepantias, sed quæ non magni momenti sūt. Ex hoc instrumento colligit Mabillonius, lib. 1, pag. 381, tunc temporis licuisse abbatibus testamenta condere, dum tamen ea fierent in us, non in parentum commoda.

<sup>b</sup> Juxta nostram rationem annos regni Dagoberti apud Neustrasios computandi, dies vii Kal. Novembris (id est 26 Octob.), testamentum præfixa, incidit in annum Chr. 632; hæc autem nota chronologica diem indicat qua recognitum et confirmatum fuit testamentum, quod vii Idus Octobris, id est nona die Octobris ejusdem anni videtur fuisse conditum; et hoc ita planum est ut in his hæsisse Constantium miremur.

<sup>c</sup> Utrum de Codice Theodosiano genuino an de Codice Alariciano, qui ex Theodosiano maxima in parte excerptus fuerat, sermo sit, incertum videri potest. Libenter credam ad genuinum Codicem referretur Burgundofaram quod tamen parvi interest pro mente testamenti.